

die detur, prebenda interior, si sit de interioribus, exterior, si sit de exterioribus. Postea pro eo agantur VII officia et VII misse et totidem *Verba mea*, ita tamen, ut, si septenarius alicuius defuncti ad presens agitur, huic adiungatur et, si interim anniversarius maiori cultu agendus supervenerit, septenario secunda collecta dicatur. Unusquisque etiam sacerdotum missam unam pro eo celebret, ceterorum quisque sciens psalmos L ei cantet. Qui autem hos nesciat, quinquagies orationem dominicam¹⁾ ei dicat. Quod si plures breves advenerint, singulis una prebenda detur et septenarius communiter agatur¹⁾, et in libro vite eorum nomina conscribantur.

2.

Verbrüderungsvertrag zwischen den Klöstern Hirsau und Allerheiligen in Schaffhausen <1083—1091>

Staatl. Bibl. Bamberg, Msc. lit. 144 fol. 59^v

F. Leitschuh, Katalog d. Handschriften d. Kgl. Bibl. zu Bamberg I, 1 (1895) 297 Ed. II 12

Hoc est pactum, quod inter monasterium Hirsaugie et Scaffusin a domno Willehelmo Hirsaugiensi abbate et Sigefrido abbate Scaffhusensi cum aliis fratribus suis constitutum est. Siquis ex fratribus nostris interioribus vel exterioribus defunctus fuerit et brevis hinc illuc vel inde huc supervenerit, officium et missa una communiter agatur et prebenda tantummodo in eadem die sibi vel, si duo aut plures obierunt, prebende due vel secundum iussum abbatis persolvatur, et hoc de prebenda monachis tantum persolvatur. Postea autem septenarius cum suis appendiciis pleniter agatur.

3.

Urkunde über eine Verbrüderung Abt Hugos von Cluny mit Abt und Konvent von St. Blasien <1093/1094>

Or.: Bad. Generallandesarchiv Karlsruhe, Selekt d. älteren Urkunden C 5 M. Krebs, Gesamtübersicht d. Bestände d. Generallandesarchivs (1954) S. 30

Cop.: St. Paul im Lavanttal, Copialbuch 25. 3. 12., pag. 111, Nr. 78

Ed.: M. Gerbert, Monumenta veteris Liturgiae Alemannicae 2 (1779) 139; ders., Historia Silvae Nigrae 3, 26 f. Nr. XX

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod domnus H<ugo> abbas cluniacensis ad sanctum Blasium veniens honorifice a domno VV<tone> abbati eiusdem loci et toto conventu susceptus est

¹⁾ *In Großbuchstaben.*